¶ Si tu vadas p̄ iter cū aliquo alio q̄ non sit maior te in statu vel dignitate: tu potes ire cū eo absq; hoc q̄ tu respicias locū īferiorē vel sup̄iorē ⁊ non est cure siue ille p̄cedat siue sequat̄ · cū ille sit tibi equalis . verā tn̄ si tu vis eidē tribuere honorē: ip̄e poterit ire p̄or ⁊ tu poteris sequi: aut ille poterit ire p̄ locū sup̄iorē vici et tu p̄ inferiorē. ¶ Cōstrue Tu . potes ire licenter[.i. conuenienter] si vis cū pare [id est cū tibi simili[instant] idē equalit̄ tecū gradieri tu [p̄mitte libent̄ hunc q̄ p̄cedat te.

Si tibi contingat vel cum meliore vageris
Post pergas donec latus eius adire iuberis

¶ Si tu p̄gas cū potētiore seniore vel digniore te: tu debes dimittere eū ire p̄us ⁊ debes ire posterius . ⁊ nūq̄ iungas te illi : nisi p̄us hoc ipse tibi iusserit. ¶ Con[Si contingat tibi vt vageris] id ē ābules [cū meliore p̄gas] id ē ambules[post . et donec iuberis adire latus eius.

Si peregre pergas nunquam te iunge duobus
Disparibus currus raro trahitur bene bobus

¶ Si tu ambules longe ⁊ p̄ cāpos ⁊ tu sis solus et rep̄ias duos socios euntes p̄ viā tuā: nisi cognoscas eos nunq̄ te iūgas ip̄is: q: tu nescis si sit boni vel mali. ⁊ si essent mali tu non posses te defendere de duobus si vellent tibi damnum inferre. iō caue ab ipsis ¶ Construe si tu pergas. i. ambules p̄egre id est p̄ patriā nunq̄ ꝓ non ⁊ vnq̄. non iūge te vnq̄ duobus. curru trahitur raro bn̄ bonus disparibus. Similiter tres non p̄nt bene concordare

Si quis dignetur offerre ciphum tibi lete
Accipias modice bibas: reddasq; facete

¶ Si tu venias a casu vel etiam sponte ad aliquā societatē quā īuenias cenantē: prandentē vel comedētē: ⁊ vn⁹ illoꝝ offerat tibi ad potandum. tu debes vultu hylari ⁊ iocoso cibū aut vinū accipe ⁊ modicū bibere. deiñ facere. i. honeste illud vas in quo bibisti reddere cum actōibus gratiarum ¶ Construc. Si quis dignetur offerre lete ciphū tibi. tu accipias ⁊ bibas modice. q̄ ꝑet reddas ciphum facete. i. honeste.

Pauper et indignus si sis effundito totum
Et vacuum tu redde ciphum prius vndiq̄ lotum:

Si tu sis paup̱ p̲sona ⁊ sis indignus respectu illoꝝ q̄ tibi dederunt a bibēdum tu debes bibere totū quod ē ī cipho vel effundere residuum postea cū modica aqua lauare ciphū ⁊ totū lotuꝫ ei q̄ tibi dedit āt alteri restituere sꝑ cum grāꝝ actōe ¶ Cōstrue Si sis pauper ⁊ indign⁹ effundito totum. ⁊ tu redde ciphum vacuum lotum p̄us vndiqꝫ

Quando ciphum capies auerso non bibe dorso
Nec facias offas de pane prius tibi morso.

Quando tu voles bibere cōuertas faciē tuā an̄ faciē aliorum. et corā eis bibas. ⁊ caue ne vnquā bibas cōuersus ad dorsuꝫ alioꝝ ⁊ si velis ponere panē intra vinū. caue ne ponas vnquā panē quē semel inter dētes habuisti. Construe [non bibe dorso auerso quando capies ciphum: nec facias offas de pane morso prius:

Mensa tibi cubitum nunquam sustentet edenti:
Sed recte sedeas tecum seruito sedenti

Quādo tu eris in mensa nūquā ponas brachia tua supra mensā. q꞉ qn̄ q̄s ponit brachium suuꝫ supra mensā signū ē ꝙ nō pōt brachia sua sustinere ꝓpter aliquā deformitatem vel debilitatē. aut ꝙ ipse est rusticus et nescit aliquod bonum. Et sic caue ne teneas extēsa brachia supra mēsā Itē tu debes seruire illi q̄ tecum sedet ministrando ei cibos in potu in escis ⁊ in aliis seruitiis mense Et maxime quādo ipse est maior te. aut qn̄ tu īuitasti eū. et qn̄ est p̲sona verecunda sicut sunt mulieres. Cōstrue. [Mensa nūquā] ꝓ non ⁊ vnquā nō [sustente te vnquā [cubitū tibi edenti sꝫ] tu [sedeas recte. seruito sedenti tecum]

Sique ciphum capias vtraq̄ manu capias tu.
Et per vtrumq̄ latus non per ripam teneas tu

Si aliquis det tibi ad bibēdum cū vno magno cipho siue cū vna tassa tunō debes accip̱e vnica manu. q꞉ tu posses sic ponere ad terrā ⁊ ciphū ⁊ ip̄ in vinum. sed accipias ambabus manibꝫ si opus sit. deinde bibas. postea reddas ciphum tenentē firmiṫ ciphū p̱ vtrūqꝫ lat⁹. ⁊ non p̱ alterum tm̄. Cōstrue [qꝫ] ꝓ ⁊ tu capies vtraqꝫ manu ciphum si capias illum [⁊ tu teneas] illum [p̱ vtrūqꝫ latus] si teneas illum: ⁊ [non p̱ ripam]

Cum pare si debes vel cum meliore iacere
In qua parte thori velit ipse quiescere q̄re.

Si tu velis dormire in aliquo lecto cū tuo equali aut cum sup̱iore tuo tu nō debes te ponere in lecto nisi prius sciueris ab eo in qua p̱te lecti ipe vult iacere. Construe si tu debes iacere cum pare vel cum meliore] tu ipse [quere in qua parte thori] ipse velit iacere].

Cum quocunq̄ tibi prope vel procul accidit ire
Nomen et esse suum quo q̄uis sit et vnde req̄re

¶ Si tu velis ire modicum vel multum longe a domo tua tu debes hre sociū: qr scribit p Salomonem. ve homini soli. qr cū ceciderit non habe sublevantem se. Et priusq̄ tu ponas te in societate alicuius ⁊ ille sit tibi ignotus tu debes eidē tria q̄rere p ordinē. p̄mo vn̄ ipse est. scd̄o quod est. nomen suum tertio quo .i. ad quē locum ipse vult ire. nā r̄nsio istoꝝ trium q̄stionū satis indicabunt tibi si tu debeas cū ipso ire vel non. ¶ Construe cū accidit tibi ire ꝓcul .i. longe vel ꝓpe cum quocūq₃ hoīe reqre ab eo nomen suum et esse suum .i. vocatōēȝ suā quis ipse sit et vnde ip̄e sit ⁊ quo ipse pretendit ire

Cum quocunq₃ placet peregre tibi ducere gressus
Si potes hos teneas quos es pro posse professus

¶ Si tu vis ire extra habitationē vel patriā tuā ⁊ q̄ras societatem: si tu potes tu debes accipe illū vel illos cū quo vel qb⁹ tu alias iuisti: qr tu cognoscis modū illoꝝ ⁊ ipsi cognoscūt tuū. ⁊ iō melius ē te ire cū illis q̄ cū aliis extraneis. ¶ Construe cū placet tibi ducere gressus pegre cum quocunq₃ teneas hos si potes ⁊ ꝓposse quos es ꝓfessus

Cum tibi si pare pergas cum meliore peregre
Quod velit ipse velis tibi sic capiet nichil egre:

¶ Si tu vadas extra ⁊ habeas sociū: qñ eritis in mensa q̄re eidē qd ipse vult comedere. ⁊ qñ vos eritis ī via q̄re ei si velit forti⁹ vel tardius ire: et sic de aliis reb⁹ quib⁹ pegrin⁹ indiget: nā hoc faciēdo tu cōplacebis ei et ip̄e tibi qd facere bonū ē ⁊ maxie int pegrignantes. ¶ Con. si pgas cū pare tibi pegre .i. in longinco vel si pgas cū meliore tu velis illd qd ip̄e velit nichil ꝓ nō ⁊ aliqd nō capiet .i. accidet peregre sic

Si peregre pergas semper de nocte quiescas.
Surgas mane. sed hospicium de luce capescas

¶ Si tu vadis extra tu debes surgere tm̄ mane q̄tū vis: ⁊ maxie duȝ nota ē tibi via. s₃ tu nunq̄ debes expectare noctē ad capiendū hospiciū: sed capias illud sp bona hora ⁊ de die. ¶ Con. si tu pgas .i. ambules pegre id ē extra quiescas sp de nocte: .i. nō expectes noctē ad capiendū hospiciū. ⁊ nunq̄ ābules de nocte. qr q̄ ambulat in tenebris nescit quo vadat tu surgas mane: sed capescas hospiciū tuum sp de die

Inq₃ domum ruffi non accipias tibi pausam
Nanq₃ malignandi gerit in se deniq₃ causam:

¶ Qñ tu vis cape hospiciū tu non accipias illud cui hospes ē hō ruffus qr licet sint aliqui boni tm̄ sunt: illi⁹ coloris multi mali ⁊ iō ꝓpt suspitōēȝ quā posses hre caue ne ibidē hospiciū accipias. ¶ Construe. q₃ ꝓ ⁊ nō accipias tibi pausā in domū ruffi: deniq₃ .i. certe ip̄e ruffus gerit ī se, id est se id est secū portat cām malignādi

Ex apum iugulo. cerui lingua canis ore.
A magnis pedibus caues: bleso q₃ lepore

¶ Quinq₃ sunt a quibus nos seruare debemus. Primū est iugul⁹ apum

scꝫ qñ apes sunt in aliquo loco a quo volum⁹ eas remouere. ⁊ ille isiliūt in nos mordentes nos ⁊ morsu suo ledūt pellē taliter ꝙ ipsa statim tumescit Secundū est lingua cerui. nā illa est venenosa. Tertiū est os canis rabidi: et etiā non rabidi qñ nos non sumus noti. Quartū est ab homīe hñte magnos pedes. nā tales non sūt audaces sꝫ mgr̄m suū ⁊ seipos opprimere dimittūt. Et qntū est ab adulatore: nam lingua adulatoris forti⁹ pūgit ense Con. tu caueas ex iugulo. i. ex morsu apū ⁊ caueas inq̄ꝫ a lingua cerui ⁊ ab ore canis. a magnis pedibus. i. ab hoīe magnos pedes habente. ꝙ ꝓ et: a lepore bleso id est ab adultore.

Si qua velis emere taxabis emenda modeste:
Nec magis siue minus iures: instabis honeste

¶ Si tu vis emere aliqd tu taxabis modeste emēda. i. p̄ciū rōabile īpones ⁊ cauebis a iuramētis ⁊ piurijs q̄ solent fieri in istis venditiētibus sꝫ: honeste tu offeres p̄ciū rōabile ñ offerendo magꝭ vel min⁹ quā tu p̄tēdis dare. Con. si qua velis emere. i. aliqua tu taxabis honeste emenda: nec ꝓ et nō iures p̄us magꝭ siue minus sed instabis honeste

Obliquo nullum debes corrodere dente
Et liuoris acu nunquam tu purge latente

¶ Tu nunquā debes diffamare aliquē. qꝛ si dicas aliqđ malū de ꝓxīo tuo tu poterꝭ dicere corā talib⁹ ⁊ tali hora ꝙ illud vertet in maxim dānum illius de quo loqueris. ⁊ hoc forsan non dicis nisi ꝓpter inuidiā ꝓpter quā ī p̄ñtia alicuius nunquā debes dicere aliquid qđ vertat ī dānuꝫ vel dedec⁹ alterius. Con. nullū ꝓ non ⁊ vllū. tu non debes corrodere. i. vituperare vllū. i. aliquē dente obliquo. i. peruerso. ⁊ tu nunquā punge aliquē acu. i. mala locutione latente liuoris. i. inuidie

Si quem precellas super probitatis honore
Ne iactes: qꝛ laus proprio sordescit in ore:

¶ Si ꝓpter sciam tuā ꝓpter diuitias tuas ꝓpter aliqua alia bona nature vel fortune tu excedas aliquos: caue ne vnquā de hoc te iactes: nā sic illi q̄ faciūt aliqđ bonū pdunt retributiōeꝫ illius boni ꝓpter ipsi⁹ iactantiā. ita res laudabilis de se iā amplius non est laudabilis si qs seipm iactet. Con. si precellas. i. excedas quem. i. aliquem super honore probitatis. ne ꝓ non iactes te qꝛ laus sordescit in ore ꝓprio

Hospitibus letum debes ostendere vultum.
Vultus enim letus dandi tibi duplicat cultum

¶ Si tu recipias hospites ad conuiuiū vel aliter in domo tua. aduerte ne eisdē vel corā eis aliquomō irascaris. nā iocūda facies ⁊ hylaris hoīs dātis multiplicat honorem doni. Con. tu debes oñdere vultuꝫ letum hospitib⁹ tuis enim ꝓ: qa: qꝛ letus vultus duplicat tibi cultū. i. honorem dandi

Nocte dieqꝫ mane cubiturus vespere laudes
Hospitibusqꝫ tuis dum discedis dato laudes

¶ Ut nō videaris igratus tā apđ deū q̄ꝫ apđ hoīes: tu debes ad min⁹ ter

in die tradere laudes dño.s. qñ surgis a sõno: qñ surgis a mẽsa. & qñ vadis ad lectũ. Similiter hospites tuos debes salutare bis ĩ die.s. mane & nocte & nũquã discedere ab eis nisi prius eos salutaueris: vt non sis de illis q̃ discedũt hospite insalutato. Con. tu: cubiturus.i. q̃ vis ire ad. lectum dato laudes. deo sup. ꝙ. ꝓet. die vespere & mane: dñr ꝓ qñ. quãdo. discedis.i. est recedis. dato.i. reddito. laudes hospitibus tuis

Irritare canem noli dormire volentem
Nec moueas iram post tempora longa latentẽm:

Sicut tu non debes irritare canem volentẽ dormire quem timesvt te mordeat. sic non debes mouere iram tp̃is p̃teriti. nã sicut dicit catho. Officium mali hominis est suscitare irã tp̃is p̃teriti. Con. noli irritare canẽ volentem dormire: nec moueas iram latentem post longa tempora.

Compescas os arte male ne praua loquatur
Ne malus irrumpat fetor latrina regatur.

Sicut ille q̃ nõ vult sẽtire fetorem latrinaꝝ cooperit foramen latrinaꝝ ne p illud mal⁹ odor exeat. ita hõ volens se custodire ab odio oĩm alioꝝ debz seruare se ne ab ore ipsius ꝓcedat verbũ iniquũ: & qd̾ de ipso nolet esse locutum. Con. tu. cõpescas.i. refrenes. os. tuũ. ne loquatur male.i. inique praua.i. res prauas. latrina.i. locus fetent. tegat̾.i. cooperiat̾. ne. pro vt & non: vt. malus fetor non irrũpat.i. in apertum procedat

In proprie speras fora dum petis era crumene
Fallitur ad fora spes dum burse sunt aliene

Si tu vadas ad aliqd̾ forũ vel ad aliquem aliũ locũ sub intentione aliquid emendi. tu debes tibi prouidere de pecuniis sufficiẽtibꝫ ad emendum illud qd̾ vis emere. & nõ ꝯfidas vnquã ĩ pecuniis alteri⁹: qꝛ multi ĩ hoc decipiunt̾: qui dũ sũt in foro emũt qd̾ habere volũt confidendo in pecuniis aliene burse. & tandem reducunt̾ ad magnã paupertatez: aut ad grãde dedecus: qꝛ dum d̾r eis non possunt q̃ promiserunt implere. Con. speras.i. fiduciam habeas. dum. pro qñ: quando. petis fora in era prop̃e crumene. Fallitur ad fora spes dum burse sunt aliene.

Est tibi sũmus honor soluere: solue libenter:
Si credideris emes vendes viuesqꝫ decenter.

Si tu debeas aliqd̾ nũquã maneas ĩdebito nisi vt min⁹ poterĩ. & sic solue stati & libẽt̾: nã qñ hoĩes istd̾ sciẽt tibi bona terrena eueniẽt: qꝛ tu emes tu vẽdes & viues honorabilit̾ & cũ hoc pro meliori p̃cio ĩuenis q̃ tibi seruient. Con. soluere cito est tibi summus honor. idcirco solue libenter si. tu credideris michi. tu. emes. tu: vendes: ꝙ. pro &: tu. viues decenter.

Nil super hoste tuo tua lingua minando loquatur
Hostem namq̃ suum munit quicunq̃ minatur:

Si tu habeas vnũ inimicũ: tu nũquã debes eidẽ inferre minas: qꝛ dum ipse sentit te sibi minas intulisse ip̃e se munis ab oĩ p̃te qua posses sibi nocere: & sic q̃cunqꝫ minat̾ hosti munit hostẽ. Con. nil. pro nõ & aliqd̾. lingua

tua nō loquatur aliquid minādo sup hoste.i.inimico tuo nāq₃ ꝓ q̄r.q̄a ille munit.i.fortificat hostē suū quicūq₃ minat.i.minas ꝓfert.

Inq₃ thorum caueas alienum mittere calcem.
Alterius noli in messem tu ponere falcem

¶Cum quilibet teneat viuere labore ꝓpo:tu debes te seruare ne velis sumere ꝓ te labores alterius. ⁊ ꝓ maiori rōe debes te seruare ne violes vxorem filiā neptē vel ancillā alteri⁹ hois.nā tales deus pmittit ⁊ in hoc sclo ⁊ in alio puniri:quare saltē timore pene timendum ē ⁊ cauendum a tali delicto:q̄uis ampli⁹ timore culpe.¶Construe tu noli ponere falcē in messē alterius.ꝙ ꝓ et ⁊ noli ponere calcē.i.pedē:⁊ ponit ps ꝓ toto i thorum .i.lectū alterius.i.ab isto caueas.

Ultra quam vestis non extendas tua crura:
Nec nimis expendas si vis viuere sine cura.

¶Sicut ille qui ē in lecto ⁊ dormit extendēdo pedes suos patit frig⁹itā ⁊ ille qui plus exponit q̄ lucret stati ad paupıtatē deducitur:ideo si vis cauere a erigore noctis nō extēdas pedes vltra mensurā lecti. Siīiter si vis euitare paupertatē non exponas vltra lucrū tuū:sed citra vel sp aliquid de residuo habeas.¶Construe nō extēdas tua crura.i:pedes tuos . q̄r ibidem ponitur ps ꝓ toto vltra vestis extēdatur .nec ꝓ et nō:⁊ non exponas nimis si vis viuere sine cura.i.sine solicitudine

Qui plus expendis quā sūma rerum rependit.
Non āmiretur si paupertate grauetur

¶Ille qui plus exponit q̄ lucretur aut q̄ habeat i reditu sui patrimonii. officii vel beneficii non d₃ āmirari si in fine alicuius tpis sit pauper ⁊ inops.q̄r pus debebat compensare quantum posset rationabilit et debite exponere.¶Con.ille qui exponit plus q̄ sūma reru₃ rependit.i.eidē tribuit talit non āmiretur si grauetur paupertate:

Si tecum comedat seruire memento minori
Par tibi tuq₃ pari tribuas cultum meliori

¶Si tu sis in mensa cū tuo pare iferiore vl meliore:tu nūq̄ debes pcere seruitio tuo.q̄r debitū facis meliore seruiēdo:honorē acq̄ris pari tuo aut inferiori seruiciū exhibendo.¶Con memento seruire minori si ipe comedet tecū.memento seruire pari tuo.si par tuus comedat tecum ⁊ tribuas cultū:i.honorē meliori te si comedat tecum

Si tibi quis loquitur vultum tu cerne loquentis
Et sua verba tue secretis insere mentis

¶Si aliquis tecum loquatur:tu debes sp eū videre in facie.nā nūq̄ eque bene poteris recipe v̄bum loquētis tecū si faciē eius non videas:sicut si oculos tuos fixos in eius faciem habeas:⁊ iō in faciem docētis te itende nam ꝓpter hoc facilius quicquid ipse dicet memorie. tue commendabis ¶Construe si quis loquitur tibi tu cerne vultum loquētis tibi ⁊ isere sua verba secretis tue mentis.

Si te forte domus aliena vocauit ad escas:

Donec preceperit mense nulla loca capescas

¶ Si tu fueris inuitatus ab aliquo ad prandiū vel ad cenā: qñ venies ad capiendū locū in mensa. caue ne sedeas donec postquā ipse qui inuitauit te preceperit. et sedeas sic post preceptū eius vbi ipse tibi pceperit. nam obedire eidem teneris de loco postquā ad vocationem suā venisti. Cō. si dom⁹ aliena [.i. aliquis extraneus. nam ibidem ponitur continens pro contento [vocauit te forte] id est a casu [ad escas] id est ad comedendū [nulla] pro non et vlla: non [capescas id est capere incipias vlla [loca mense: donec] ipse qui te vocauit tibi preceperit

Si te maior peluis famuletur aquosa
Ad manicas eius tua sit manus officiosa

¶ Si aliquis maior te ante introitū mense vel post mensam velit vt cum aqua tuas tu laues manus tibi aquam cū pelui presentādo accipe eū per manicas vt prius te accipiat aquam. ⁊ licet vos ambo simul lauetis de ei⁹ precepto: tamen ipse semper prior. Con. si peluis aquosa] id est instrumentum in quo tenetur aqua [famuletur] id est presentetur tibi [maior te] .i. per maiorem te [tua manus sit officiosa] id est seruiēs [ad eius manicas] vt ipse lauet prius te.:

Si videas opus esse: cibos succurre parando.
Sicq́ȝ necesse monet mense famulabere stando

¶ Si tu videas q̄ sit multitudo gentiū in domo quā inhabitas tu debes iuuare ad parandū prandiū ⁊ cenā: ⁊ si videas vltra q̄ sit necesse: q̄uis tu scis de bona domo. tu tñ non sedebis in mensa nisi donec post alios. sz stotus rectus seruies aliis qui erunt in mensa: q2 hoc faciendo tu facies dño domus placitū ⁊ tibi ipsi honorē Con. tu [succurre] .i. auxiliū p̄sta [parādo cibos si videas esse opus: q2] p ⁊ tu [famulabere] .i. seruies [stando] .i. directus [mense .i. in mensa si necesse .i. necessitas monet te

Si maior tecum comedens potauerit. esce
Non appone manus: sed illi mantile tenesce

¶ Si tu comedas cū aliquo maiore te ⁊ ille bibat: interim q̄ ipse bibit tu non debes ponere manū intra discū in quo secū comedis: sed potius eidē tenere societatem bibendo sicut ipse. nam in hoc tua ostendit vrbanitas Construe si maior id est dignior: vel potentior te comedens tecum potauerit. non appone man⁹: esce .i. ad escā sed tenesce .i. tene. et ponitur deriuatiuum pro primitiuo. ei mantile id est societatē mantilis vel mēse scilicet secum bibendo

Si par vel maior fuerit tibi forte locutus.
Donec finierit sua verba sile quasi mutus

¶ Quando aliquis tecum loquitur siue sit maior siue minor te: tu nunq̄ debes iterrumpere sermonem suum: sed prius audi omnimodam rationem suam. et postea poteris respondere eidem ad singula puncta sue rationis. Con. si par tuus vel maior te fuerit locutus tecum sile quasi mutus donec ipse finierit sua verba

Raro fideiussor vel nunquam creditor esto
Multis hujus enim geritur res sine molesto

¶ Si aliquis alicui debeat pecunias: et ille q̄ est debitor roget te vt sis fi deiussor p̄ eo apud creditorem. ne sibi ob debitū eueniat aliqd detrimētū tu debes multū refutare ad hoc faciēdū. nā ꝓpter talia multi amici finaliter fiunt inimici. Similiter si aliqs petat pecunias a te ad accōmodendū nisi tu eū bene cognoscas p experientiā nunq̄ eidē sis creditor: ne placitū qd eidem tu facis postea ꝯuertatur in displicitū si ipse tibi mētiatur. Con. nūquā ꝓnon ⁊ vnquā. nō esto vnq̄ creditor vel fideiussor qd si fueris hoc sit raro. enī ꝓ q̄a: q2. res huius geritur multis: i. apud multos sine molesto

Hec fugias. fastum. talos. lupamq3 tabernam
Si decus et vitam tibi queris habere supernam.

¶ Ad hūd vitā eternā ꝓ qua finaliter ordiatꝰ es quatuor sūt fugiēda. s. supbia vite q̄ cōsistit in hītibꝰ seu idumentis. i. supba elata locutōe: i. p̄sumen do valere plusquā alii. ⁊ sic de aliis sp̄ebꝰ supbie. scd3 qd oportet fugere est ludus. nā p ludū multi diuites effecti sūt paupes: tertiū est meretrix. nam illā sequētes deserit finaliter destructos ⁊ inopes Quartū est taberna siue nimia assiduitas in cōuiuiis: qbus dimissis qs pōt puenire i hoc mūdo ad honorē: ⁊ deīn ad vitā sēpiternā. Con. si q̄ris hr̄e tibi decus ⁊ vitā supnā3 fugias hec. s. fastū. i. supbiam talos. i. ludos ludam. i. meretricem q3 ꝓ et tabernam id est conuiuia.

Si bene vis orare deum thalamum tibi claude
Ast illi qui cuncta videt tacita prece plaude:

¶ Si tu vis facere aliquā deuotā orōem. tu non debes eā facere eundo p villā de ambulando p camerā: sed vade ad ecclesiā q̄ est locus ꝓpicius ad orandū: ⁊ si non habeas spaciū eundi ad ecclesiā. intra camerā tuā secretam. ⁊ clauso prius hostio poteris valde deuote olare deū. Con. Si tu vis bene orare deū claude tibi thalamū. i. camerā secretam ⁊ plaude illi. i. laudes da illi prece tacita q̄ videt cuncta.

Siquis descendat ab equo vel equum graue scandat
Te presente. tua manus auxilium sibi pandat

¶ Si in p̄ntia tua aliqs descēdat ab equo. vel ascēdat supra equū. ⁊ ipse indigeat iuua mine aut ꝓpter senectutē aut alias. tu debes eū iuuare ad ascendendū vel descendendū. nam in hoc tua ostēditur vrbanitas. Con. Si qs descendat ab equos vel scādat. i. ascēdat graue. i. grauiter equum manus tua pādat. i. ipendat eide3 auxiliū id est iuuamē sibi si talis hoc faciat te p̄nte. i. te existente in presentia

Des tacite que das pro christi nomine sibis
Exemplum dandi spectando potes dare cuius.

¶ Si tu vis dare aliqd amore xp̄i. tu debes illud tm̄ facere secrete. quantū potes. nam dicitur in euangelio. Cum facies elemosyna3 nesciat dextera tua qd faciat sinistra. ⁊ cōsiderādo istū modū tu potes dare eciā illi petēti ꝓ=

noie xpi. Con. tu debes tacite. i. occulte illa q̄ tu das p noie xpi si vis tu potes dare cuius exēplū dādi spectādo. i. inspiciēdo ad hoc hō dcēz ē.

Rem de qua loqueris digito monstrare caueto
Nec dum sermo fit duibus duile videto

¶ Si tu loquaris alicui de aliquo hoīe aut de aliq̄ re: caue ne ostēdas sine demōstres rē de qua loq̄ris cum digito. nā ille mod⁹ turpis est. Et similit̄ si facias aliquē sermonē ⁊ loquaris de luxuria: caueas tūc ne p posse tuo respicias hoīes luxuriosos. ⁊ sic de aliis delictis. vnde in textu per oues debem⁹ intelligere pplm audientē pdicatorem: ¶ Con. caueto monstrare digito tuo rē de qua loq̄ris ne p et et non. et dū p qū: qū sermo fit super ouib⁹ non videto. i. respicies ouile. i. astum de quo loqueris.

Inconstans animus. oculus vagus. instabilis pes
He sunt signa viri de quo michi nulla boni spes

¶ Si tu vis cognoscere hoīes in quibus nullo modo est confidendum tu debes notare ista tria signa. nā quandocūq3 vidbeis hoīē inconstantem in animo suo non speres in eo nam si in rebus suis ppriis est inconstans. quomodo i tuis aspiciet qui scilicet non habet aspectum recte directum tecum loquentem. oculis suis huc vltra ivagantem. non cōfidas in eo. Et si p tertio videas hominem non trahentem morā continuā alicubi: sed hodie in vno loco crastina die in alio non confidas in eo. nec in aliquo in quo sit aliqd istorū trium signorū. ¶ Construe hec tria signa viri id est hominis sunt in illo in quo nulla p non et vlla spes boni non est michi scilicet animus inconstans oculus vagus id est huc illuc respiciens et pes instabilis:

Quācito descendis ab equo calcar remouendum
Est de calce tuo tibi donec iter sit agendum.

¶ Si tu descēdis ab equo tu debes immediate remoure a pede tuo calcaria. nā illa nō possunt nocere tibi ad itinerandū. et nunquā illa ponas i pedibus tuis donec velis capere iter. Con. quācito. i. imediate qd tu descēdis ab equo calcare est remouendum de calce tuo. i. a pedibus tuis donec i. quousq3 iter sit agendum tibi

Extrahe si nimis est cuiuslibet ocrea stricta
Si te maior sit: sint cetera sumpta relicta.

¶ Si tu sis p cāpos ex patriā i aliq̄ hospicio cū hoīe fortiore potentiore: vel digniore te q̄ hz ocrea in pedib⁹ quas vult remouere. tu debes eūdem iuuare extrahendo ocrea pdicta. Sz si sit minore te nō teneris illud facere. quod si facias illud erit i te humilitatis exēplū. ¶ Con. Si ocrea. i. dedis calciamentū est stricta. i. angusta nimis cuiuslibet id ē quocūq3 extrahe. i. a pedibus remoue. ⁊ maxime si ille sit maior te. et extrahe inq̄ cetera sumpta q̄ sunt relicta a te si talia sint

Pilea vel quicquid geris in capitis regione.
Si magno loqueris vel seruis. cito pone

¶ Si tu sis eccl'ia et seruias sacerdoti missã celebranti vel alias: aut si tu loq̃ris magno hoi. s. in potẽtia dignitate vel sciã cõstituto: tu debes talib[9] famulari capite discooperto: nisi tales p̃cipiant tibi q̃ aliter facias: ãt patrie modus sit ali[9]. Con. si tu loq̃ris magno hoĩ q̃z ꝓ et: si tu seruis deo pone. i. depone: simplex pro cõposito cito. i. statim pilea. i. pileum vel quicq̃d i. quãcunq̃z rem tu geris in regione capitis

Dum comedis manus incedat mense tua soli.
Aut caput aut aliud menbrum tibi scalpere noli.

¶ Quando tu es in mensa nunq̃ debes tenere supra mensam brachia: sz solum manus et nunq̃ debes scalpere tibi caput aut aliud membꝝ: q2 illd agere est inhonestum. Con. dum ꝓ qñ: quãdo comedis tua man[9] incedat soli mense. noli scalpere tibi caput aut aliud membrum

In potum sufflare tuum nolito cibumq̃z
Ne sputo maculare tuo videaris vtrumq̃z

¶ Si tu sis ꝓpe ignem et videas q̃ olla nimium feruet et vsq̃z ad effusionem: tu non debes ad ꝓhibendum sufflare intra olla: similiter si offa tua sit nimium calida aut esca vel potius nimis calidus: nunq̃ refrigeres sufflando: q2 flatus hominis cuiuscunq̃z videtur rem maculare quam anhelitu suo refrigerare petit. Con. nolito sufflare in potum tuum: q̃z ꝓ et in cibum tuum: ne videaris maculare vtrũq̃z sputo tuo

Pocula si sumas tu mergas labra modeste.
Qui prope fert nasum non potum sumit honeste

Si tu accipias ius q̃d est ĩ offa tua sorbẽdo illũ ꝓpter cerebri purgatiões caueas vt illd fiat honeste. i: ñ itingẽdo nasũ ĩtra ius tue offe ãt si ilis rei nã illud foret ĩhonestum ¶ Con. si sumas. i. accipias pocula. i. ius tue offe tu mergas tua labra honeste ille qui fert i. portat nasum prope talis non sumit potum honeste.

Non extollaris si sors tibi prospera cedãt:
Nam deus ingrato cito tollit munera que dat

¶ Si in paruo tp̃e tu acq̃ris multa bona. non oportet q̃ propter hoc eleues te ip̃m. nam sicut deus te regendum fortune dedit ad tibi bona tribuendũ. ita dabit ad aduersa ꝯpescendo te scd̃m merita et etiã delicta tua et remouendo tibi bona q̃ ipse tibi dederat. et plus in ãno q̃ ipse dederit tibi in sex vel in decẽ. Con. Tu non extollaris. i. per superbiã eleueris si sors id est fortuna ꝓspera cedat. i. locũ det tibi nam ꝓ q̃a: q2 deus tollit cito munera que ipse dat homini ingrato.

Quicquid agas hosti nunquam tua damna loquaris
Neq̃z tua nunquam de potestate queraris

¶ Si tu habeas inimicũ tu nunq̃ p̃sentia sua debes loq̃ de tuis damnis. nam aliter tu faceres eundẽ letũ et paratũ ad nocẽdũ tibi. sil'r etiã tu nũq̃ debes loq̃ de paupertate tua q2 aliq̃ laudarent te et tenerent de te cõputũ qsi non facient qñ scient paupertatẽ tuam. Con. Nunq̃ ꝓ non et vnq̃. nõ

loquaris.i.non dices vnq̄ tua dāna hosti.i.inimico tuo quicq̄d.i.quācunq̧ rem agas.i.facies neq̧ ꝓ ꝛ nō et nō querraris.i con q̄raris vnquā de paupertate tua cuiquam.i.alicui:

Ne tristare nimis si sors aduersa tibi sit
Nam deus hos temtat quos diligit et sese visit

Si fortūe sit tibi cōtraria.s.i ꝑditiōe bonoꝝ tuoꝝ vel in morte parentum aut i infirmitate corpis ꝓprij.ñ ꝓpt hoc debes nimis grandē assūere tristiciā.q2 de⁹ hoc forsitā facit ad delēdū pctā tua.ꝛ de hoc scriptū est i psal virga tua et baculus tuus ipsa me ꝯsolata sūt.Con.si sors.i. fortūa sit tibi aduersa.i.cōtraria ne ꝓ nō:ñ tristare.i.tristiciā recipias nimis.nā ꝓ q̄a q2 deus tētat hos quos diligit ꝛ ipse deus visit.i.cito.videt eos

In te si domina dominusue tuus moueatur
Dum cadit ira nihil in eo tua lingua loquatur.

Si tu habeas dn̄m vel dn̄am.ꝛ alter eorū irascendo tecū loquat̄: caue ne rn̄deas eidem scdm̄ iram suā.s3 dimitte eos refrigerari postea dic.quid agere intendas.q2 ipsi te tūc melius intelligent.na3 vt dicit catho.Impedit ira aīm ꝛc.Con.si dn̄s tuus ve ꝓvt: vel dn̄a tua moueat̄ i te tua ligua nil ꝓ ñ ꝛ aliq̄d.nō loquat̄ aliq̄d i eo dū ꝓ q̄diu: quādiu ira cadit

Nuncia si tuleris coram magnate: fer eque
Iussa loquens tacite breuiter docte lepideq̧

Si tu sis nuncius alicuius in aliquibus verbis ꝛ maxime corā magnate.i.coram principe vel ep̄o.tu debes seruare faciendo sermonem tuu3 in q̄nq̧ conditiones. Prima est q̄ nō dicas nisi verū.Scd̄a est q̄ tu loquaris sine grandi murmure.Tertia est q̄ loquaris breuit̄ Quarta est q̄ loquaris sapienter.Et quīta est q̄ tu loquaris ornate.Et si tu loquaris pro aliquibus.sufficit tibi q̄ tu dicas ea que fuerūt tibi tradita ad dicendum.Construe si tu,tuleris nuncia coram magnate.tu loquens tacite.breuiter.docte id est prudenter q̧ pro et lepide id est ornate fer id est proferas eque id est equaliter iussa id est precepta.

Si tibi quis dederit gratis bona sumito grate
Et data cum dante laudentur plenius a te.

Si aliq̄s fecerit tibi aliq̄d donū q̄d nō meruisti ab eo.tu debes sumere gratis postq̄ eidem ita placet facere.ꝛ lic3 donū ip̄m sit pui valoris: tu debes tm̄ laudare quantū si esset magni valoris.nō solū ip̄m donū.sed etiā donantem.Con:si quis.i.aliq̄s dederit tibi gratis.i.gratuite bona tu sumito illa grate.i.gratiose et data.i.res date laudent̄ plenius id est perfectius a te cum dante id est cum illo qui donat

Si cupias iustum vel honestum noscere vere
Infra tecta sui debes vtrūq̧ videre

Si tu consideres cognoscere vnū hoīem iustū vel honestū:ꝛ scb3 rei veritatē tu nō poteris facere in loco publico.q2 multi sūt ypocrite q̄ ostdunt faciē bonā exterius.quāuis sint mali interius.Sed tu potes cognoscere

vitam eorum esse honestam vel non: si cũ eis modicũ in domib⁹ eorũ conuerseris. ¶ Construe [si tu cupias] .i. optes [noscere] .i. cognoscere [vere] .i. veraciter hoiem [iustum vel honestum] tu [debes videre vtrunqz infra tecta sui] .i. sue habitatõis.

Sit tua munda domus ⁊ in ipsa quicquid habetur
Dens: manus: os: oculus: nares tibi mane lauentur

¶ Si tu vis viuere cum sanitate inter familiam tuam: tu debes esse mundus ⁊ honestus in factis tuis: ⁊ in dictis tuis. ita ꝙ tu laues dentes tuos. man⁹ tuas. os tuũ. ⁊ sic de sil'ibus. nã talia multũ conferũt ad sanitatem corpis hñdã. ¶ Con. [dom⁹ tua sit munda ⁊ ꝗcquid] .i. ꝗcunqꝫ res [hẽtur id est continet in ipa [dens] id est dentes tui [manus] tue [os tuum] oculus ⁊ [nares] tue singulis [lauentur] diebus

Noli culpare dapes quas sumere speras
Si quis preponat coram te nil sibi queras.

¶ Si tu fueris inuitatus cũ aliquib⁹ ⁊ tu videas dapes quas tu vel alius comedes: licet ille forsan non sint multũ bñ ad placitũ tuũ tu non debes ppt hoc culpare illas. ⁊ nõ debes vnquã ꝗrere i domo extranea illð qð tu nescis si ẽ i t'li domo vel nõ. ne teipꝫ aut hospitẽ tuũ i aliquo dãnes. Construe. Tu [nolito culpare dapes quas spas sumere] .i. comedere [si ꝗs ꝑponat corã te: nil] ꝓ non ⁊ aliquid. non queras aliquid sibi

Rumores fugias tu nuncius esse sinistri
Nec sine re cupias tu nomen habere magistri

¶ Caueas ne vnquã sis nou⁹ inuẽtor rumoꝝ. ⁊ ne sis nũciusmale rei: ⁊ ne velis accipe nomẽ alicui⁹ dignitatis vel officii sine re. nã poti⁹ hoc foret tibi dedec⁹ quã foret honor. Construe. tu fugias rumores: i. inuocatões et caueas esse nunci⁹ sinistri i. alicuius mali ne ꝓ ⁊. et non. et nõ sinas id est ꝑmittas te habere nomen magistri sine re ipsa.

A quocũqꝫ viro missus quicũqꝫ tibi sit
Docte sustineas quocunqꝫ malum tibi dicit.

¶ Si aliquis domin⁹ cui seruis dirigat te ad alium dñm vt tu nũcies eidem ex parte dñi tui aliꝗd quod eidẽ displiceat. ipe forsã insurget contra te ꝑ verba iniuriosa. sed de hoc nõ multũ cures dũmodo seruias dño tuo sicuti debes: Construe. Quicunqꝫ tu sis missus a quocunqꝫ viro: sustineas tibi docte quodcunqꝫ malum alius dicit tibi

Noli maiorem te castigare super re.
De qua si vellet posset tibi damna referre

¶ Tu non debes castigare maiorem te sup re: vel de re ꝓ qua ipse posset tibi inferre damnum. Nam priusquã aliquẽ corrigere velis ꝑus respicere debes an illð facere tenearis ex officio vel alit': ⁊ an ipe se corrigat ppt te. vel non. Construe. Noli castigare .i. corrigere maiorem te sup re .i. de qua re ille quem tu castigas posset inferre tibi dãna si. vellet.

Non intromittas de re qua nichil ad te
Pertinet/ne stultũ vel nequam q̃sque probet te

Si tu videas aliquod malũ fieri: et tuũ loq de illo malo nichil psit: tu debes tacere: tu nũquã debes te iterponẽ. qr q̃ se iterponit derebz alienis ab oibus stati iudicat scult⁹ vel mal⁹. Cõstrue. Nõ itromittas te]id ẽ interponas[de re]de[qua nichil ad te ptinet ne. p et non vt. quisq. i. quilz. pbet te stultũ. i. fatuũ. vel nequam. i. puersum.

Pro modico tibi non est offendendus amicus.
Nullus amicie rem perdit ni sit iniquus

Si tu habeas vnũ amicũ quẽ diligis a longo tpe caueas ne saltẽ p te pua eidẽ facias displicitũ. qr ex q̃ amicicia ẽ it duoshoiesilla nũquãdissol uet nisi ab iiquo. et iõ ne iiquus videaris nũquã p te soluat amicicia. Cõ strue. amic⁹ non ẽ offendend⁹ tibi. i. a te. p modico. null⁹ ni sit iniquus id est malus. pdit rem. i. possessionem amicicie

Filia si tibi sit cui vernat nubilis etas
Claustri siue viri properes huic iungere metas

Si tu hẽas filiã sororẽ aut neptẽ q̃ sit etati sufficiẽtis ad hñdũ maritũ ãt ad ponẽdũ ireligõe: quãcito poteris tradas eã marito aut releigõi nã cu stodia taliũ rex multis obest et nullis pdest. et cũ hoc facies honorẽ tuũ. Cõ strue. si filia sit tibi cui Xnat. i. floret. etas nubilis. i. mrimonialis. properes. i. festines. iũgere huic metas claustri siue. p vel: vel viri.

Raro breues humiles vidi ruffosqz fideles
Albos audaces miror magnos sapientes

Sunt aliqui hoies qbz isunt aliqua idicia pbitatis aut malicie. hoies pue stature sunt cõiter magni ai. et ideo sunt supbi siue elati: hoies ruffi sunt cauti et malicio si. hoies albi sũt raro audaces: sz frequent timidi. sz hoies magne statuere rarosunt sapiẽtes. Construe. vidi raro. i. tarde hoies. breues. i. puos. humiles q. p et vidi raro. ruffos fideles. vidi raro. albos audaces. et miror magnos esse. sapientes.

Sedulus in studio puer in templo pius esto.
Pacifice redeas per vicos atqz plateas

Quando tu es in ecclesia tu nõ debes dicere verba vana: sz continuo laudare deũ audiẽdo diuinũ officiũ et dicẽdo horas tuas. eũdo p vicos tu debes esse pacific⁹: nõ dicẽdo murmur: nec huc vel vltra aspiciẽdo. sz directe eũdo p viã tuã nũquã morã trahendo in loco puplico Cõstrue. tu. sis. sedulus: i. cõtinuus. in studio. et o. puer. esto. pius in templo. i. i ecclesia redeas p vicos. et p. plateas pacifice. i. quiete

Faceti glosa finit feliciter



